P. Æmilius historicus, Recitat Johannem
Theologum, Vitia Pontificij cleri 13
hac fabella perstrinxisse.

Fuisse diem per ambages dictitabat, qua cum oia, quæ gignere natura potest genera Volucrum, iam in lucem edita, ac Vestita suo quæq decore, ornatuq essent, apparuerit diminua specie auis: sed ea implumis, atq idcirco, quæ Volitare, seq alere Vagando non posset. Verum miraculo Maiestatis, miserationeq Inopiæ adductas, cæteras Volucres ne fame, miseriaq periret, ex suo quamq corpore aliquid plumaæ, pennaæq reuellisse, in illamq contulisse, quo ad cibum capiendum ferretur Victitaretq. Hanc Vbi se tanto honore, dignitateq esse, haberiq sensit. fastu, spiritibusq inflatam, tantam in se cæteris alitibus iram mouisse Vt consensu omnium spoliata, redactaq ad pristinam sit egestatem. Persimili ratione procerum Ecclesiæ, Ordinem diuinitus insti